



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Exercitium Perfectionis, Et Virtutum Christianarum

In tres Partes distinctum

Rodríguez, Alonso

Coloniæ Agrippinæ, 1622

IV. De secundo obedientia gradu.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40105

bie in loco suo. & venit Dominus & Vocavit, Samuel. Samuel ille ad eam vocem excitatur, & uti edoctus erat respondit *Loquere Domine quia audi servus tuus.* Tū demū alloquitur illum Dominus, & quod voluit ei reuelavit. Minutius ergo hic Samuelis obedientiam, magis a nō in parentho promptitudine consideremus: nam esto se prima & secunda voce deceptum fuisse vidisset, ipse ad hanc Heli, à se enim minime vocari dixisset, utque cubitum concederet iussisset, u aretq; ipse etiam Samuel, ab aliquopiam se euocari non posse, nihilominus secundo & tertio exurgit, & sacerdotem adiit, rogans num quid videret. Pari ergo nos promptitudine & diligentia nostris obedire superiorib; par est. Huc quoq; facit exemplum, q; in eadem scriptura, de propria Abraham obedientia legimus, quā exhibuit cum, cum illi mandauit Deus, ut filium suum unigenitum Isaac immolaret. *Igitur Abraham de nocte confurgens* Non expeclauit, enim usq; ad mane, sed statim de nocte ante q; discesseret, eo ipso quo nā datum accepit, momento, ad iussum, & qui sem arduum, exequendum se accitaxit. Notat ad hanc scriptura cum famulos ad montis pedē reliquisse, nec secum in montem du cere voluisse, ne quis ipsi in obedientia suā executione impedimento, & obstaculo foret.

CAPVT IV.

De secunda obedientia gradu.

Secundus obedientia gradus in eo situs, ut suam quis cum superioris voluntate conformet, & aliud velle & nolle, aliam voluntate non habeat, q; quod superior velit ac nolit. Nihil hoc in religione est, communius, critius nihil, nihil magis obuium: cū hac n intentione & praesup, osito omnes in eam ingredimur. Atq; hoc primū principium est, q; velut fundamentum, omnib; qui religioni nomen dare volunt statim in initio praeligitur ac proponitur. Non venisti huc frater ut propriam, sed ut alienā voluntatem facias Et nemo non dicit; Equidem id noui. Porro sicut id & ipsi dicimus,

Rodriguez exercitū pariz.

& alii nobis dixere, ita et vere se res habet. Atq; hoc est, esse Religiosum, & sub obedientia viuere. Vnde S. Iohannes Climacus: *Obedientia est sepulcrum propria voluntatis & excitatio hominis.* Cum ergo religione in primum imimus, statuamus oportet, propriam esse nobis voluntate quodāmodo sepeliendam & terra obruendam, ac posthac in omnib; vnam superioris voluntatem sequendā. Addit B. P. N. ad hoc ipsum quoq; nos dispositos debere esse licet difficultia & secundum sensualitate repugnantia nobis iubentur, imo erga illa, si quādo nobis iniungentur, potissimū & ante omnia magna nos promptitudine ferri debere demonstrat. quia in illis maxime vera & perfecta obedientia, prout cōmuniter Sancti Patres docent, reuelat. Hinc si quando quid praecipitur, quod nobis placet, sapit, quodque inclinationi voluntatiq; nostrae conformē est, qualis obedientia sit, egre videri potest: propterea quod fortasse magis huc propria feramur propensione & affectu priuato, q; ut Dei voluntatem & superioris iussam in eo exequamur, at, quando quid difficile, arduum, & sensualitati nostrae carniq; repugnans mandatur, & ipsum nihilominus q; promptissime explemus & amplectimur, tunc, inquit, optime apparet obedientia. Siquidem securi & ruti sumus, in hoc non tam nos ipsos, q; pure Deum & obedientia ipsam, à nobis quaeri. Vnde non nisi bonū & laudabile est, quod nonnulli, religiosi, dum ipsi officia & ministeria q; sensualitati placent praescribunt, seipos suspectos habeant, & magna quadā cordis amaritudine, & sancta querimonia dicant Nescio itrum in hoc aliquid promerear, quod propria in eo voluntatem facere videar. Vnde hoc ipsum superiori anxii semel iterumue proponunt. E diuerso cum quid iniungitur, erga quod naturaliter nō propendebant, sed à quo alieniores erant, & auersiores, & in quo magnam animi repugnantiam sentiebant, magna in quiete sunt, & mirā consolationē sentiunt: quod esse tuto possint ac securi, suam se quoad hoc voluntatem non facere, nec seipos quaerere, sed pure Deum solum. Bonus hic

Gradus

Obedientia sequelorum propria voluntatis.

Reg 13. 63 3. summa 19.

Greg lib 35 Moral c. Bernardus de ordine v. 1. 1.

Albertus Magnus de v. 1. 1. tract de obedient 6. citat August lib. 10. c. 26.

In rebus arduis & sensualitatis contrariis apparet optime obedientia.

Viri perfecti qualis in preceptis suis aut contra propriam sensum à superiore distit.



Lib. 35. Moral. c. 13.

Signum an religiosus in opere obedientia se ipsum an Deum quaerat.

Epistol. de obedient. 2. 8.

Serm. de vrbis ordi. Et sic ad Patres in cepit.

Punctum No. apudm

securusque procedendi modus est. Vnde S. Gregorius: *Debet, ait, obedientia in aduersis ex suo aliquid habere, & in prosperis ex suo aliquid omnino non habere.* Quando nimirum sublimia & honorifica nobis imperantur, nihil in eis nostrum esse debet, sed pure simpliciterque accipienda ideo ea sunt, quod nobis mandentur, & hæc Dei sit, voluntas. At, cum è contra difficultia, abiecta, humilia præcipiuntur, aliquid in iis esse debet nostrum, erga illa namque misericordie propendere & animo, acclinare nos oportet, magnaque eadem promptitudine & voluntatis affectu amplecti ita qui fecerit, melius persuadere sibi potest ac credere, sed èt in aliis mandatis inclinationi suæ naturali conformib. Dei se voluntatem facere non propriam: Atqui in rebus vilibus, abiectis, & laboriosis, in quibus exequendis magnam difficultatem & repugnantiam experitur, prompte expediteque non obedit, timere non immerito potest, ne etiam in iis quæ gustus, sensualitati atque inclinationi conformia sunt, exequendis, non tã Dei quam propriam voluntatem adimpleat. Atque hoc vnum è signis est è quibus dignoscatur, quando quis in eo quod agit se ipsum quaerat, quando autem pure voluntatem Dei. Vnde consequitur enim, qui omnimodis procurat & ex ambiendo desiderat, ut ea sibi à superiore præscribantur, quæ sibi ardent ac placent, utque suæ voluntati morem gerendo condescendant. & qui ad hæc exequenda promptus est, non autem ad alia obedientem non esse dicendum. Quæ circa bene B. P. N. *Sane quam magnus est error & quidem eorum quos amor sui obcauit, obedientiam existimare se, cum superiorem ad quod ipsi met volunt., aliqua ratione pertraxerint. Ad quod propositum adducit illud S. Bernardi: Quisquis se latente, & occulte facit, ut quæ habet in voluntate, hoc ex spiritalis pater iniungat, ipse se seducit. si forte sibi quasi de obedientia blandiantur: neque enim in ea re ipse prælato, sed magis ei prælati obedit, nec ipse superioris voluntati, sed superior vice versa ipsius voluntati obsecundat. Communissimum quidem ac notissimum hoc punctum est,*

eius non propterea leui pede & obiter transiendum, est namque vnum de præcipuis & superioris maximi momenti punctis, quæ quoad hanc voluntatis materiam queant adferri. Hoc vnum est de iis quæ Religioso maxime sunt timola, si me itaque ne ideo tibi superior officium, ministerium, functionemue aliquam iniungat, quod eam ipse desideraris, ambueris, vel ab alio officio, quod tibi imponere volebat cuique te applicare maluisset, alieniore te commouit: etenim frustate ut cum aliquid te fecisset, & eo quod multum laboraris, multa bona opera ac merita eo acceuas credas, postea frustra te laborasse ac deceptum esse, & meritis eorã Dei iudicio vacuum proflus visurum sis, eo quod tuam & non Dei voluntatem feceris. Vnde ipse respondere tibi poterit illud Isaia: *Nam dicente te Quare ieiunauimus & ieiunasti, non aspexisti? humilissimus animus nostras & nescisti? dicit. Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra.*

Vnde etiam ad hunc materiam, hunc ipsum Isaie locum, S. Bernardus accomodat, & addit *Grande malum propria voluntas quaerit, ut bona sua tibi bona non sint.* Et alio loco vberius hoc ipsum declarans ait: *Cum, Redemptor IESVS Paulum Apostolum, in via apprensus, & equo detrahitens, ad se conuertere ceciderunt ab animæ eius oculis tanquam squamæ, vnde ipse à luce illa: quam è celo, accepit, illustratus, dixit Domine quid me vis facere? Hinc inquit Bernardus colligi queat, perfecte aliquam iam ad Deum conuersum esse, & reuera mundo renuntiasse, ad Christum se qui statum esse, si videlicet eum Apostolo dicat, *Domine quid me vis facere?* O verbum breue, sed compendiosum, & sensu plenissimum, sed viuum, efficax, & æstimatum dignissimum! Quam hodie paucos reperire est, inquit, qui ad tantam obedientiam perfectionem perueniant, ut ita suam religionem voluntatem, nunquam ut velint quaerant, desiderant, quid è sua, sed è solius Dei voluntate fieri, semper cum Apostolo dicendo, *Domine quid me vis facere?* Et cum Regio Propheta: *Paratum cor meum Deo paratum cor meum ut faciam voluntatem.**

Serm. de conuers. Pauli.

Alleg.

Domine quid me vis facere? verbum breue ad compendiosum ac sensu plenissimum.

1/2. 1/2.

Cap. 3.

tatem tuam. *Hem plures, inquit, habemus Evangelici illius cæci, quam noui Apostoli imitatores. Petit à cæco illo Redemptor Christus. Quid tibi vis faciam?* Hem, quanta tua est misericordia Domine, hem quanta te nobis te accommodas & condescendis? quis vnquam Dominus serui sui voluntatem exquisiuit & suscitauit est, eam vt faceret vt cæcus illes, quia non considerauit, non expauit, non exclamauit, vt alias Apostolus Petrus, dum pedes illius IESVS lauare voluit, & Ioan. Bapt. quando venit ab ea vt baptizaretur: *Abstine hoc Domine.* Nisi fuisset cæcus, expauisset haud dubie cum petentem Dominum audiuit, *Quid tibi vis faciam?* &c. In mare magis debuisse, ac dicere *Quid me facere vis?* sic enim decet, sic omnino dignum est, non meam à te, sed à me tuam queri & fieri voluntatem. Tales, inquit, Bernardus Religiosos multos hodie videre est, quos interrogare superior debet, & petere. *Quid tibi vis faciam?* vt superiorè antea considerare & precipitare oporteat, quid huic placebit? quid est quod libenter scilicet est, hoc ei vt in iungam, ad quod aliqua propensione inclinatur & affectus? cum ipsimet è cõtra voluntatem superioris exquirere, vt ad quid ipse propendat nosse, satagere deberent, quo ipsam agere proponant. Hoc enim sine ad Religionem venerunt, non autem, vt ipsorum voluntati superior condescendat, & quæ ipsis placent, in iungat. Hæc namque, non est obedientia religio.

CAPVT V.

De tertio obedientia gradu.

Tertius obedientia gradus in eo consistit, vt intellectum & iudicium cum iudicio superioris conformemus, nõ solum vnum velle, sed & vnum sentire, cum eo precurando credamus, id quod ipse mandat, recte mandari, nostram iudicio illius, iudicium subicientes, ipsumque vt proprii iudicii regulam ac normam accipientes. vt autem vtiq; clarior huius obedientia necessitas intelligatur, satis esse, debuerat ea, quæ initio dicebamus, nimirum nisi ita obe-

diatur, perfectam veramque obedientiam non fore. Vulgo Sancti Patres asserunt, obedientiam perfectissimum quoddam holocaustum esse, in quo nimirum homo se totum, integrum, & diuisum non sectum nihilque sibi reseruando, suo creatori & Deo, caritatis igne cremandum, p ministrorum eius manus, offert. Hæc porro in lege veteri, erat inter holocaustum & alio sacrificia, differentia, quod in his pars vna Deo offerretur, altera vero in sacerdotum & ministrorum templi usum & sustentationem cederet ac reseruaretur: at holocaustum totum, ac penitus, in honorem Dei cremetur nihil vt eius seruetur, aut cuiquam cederet. si ergo intellectu nõ obedieris, nõ erit obedientia tua holocaustum, non integra non perfecta, cum principale & nobiliore tui partem, ipsam inq; intellectum & iudicium, offerre negligis. Vnde B.P.N. dicere solebat, eos qui solum voluntate, & non iudicio obediunt, non si vnum in religione pedem habere. S. Bernardus plurib. edisserit, qualis & quo malo obedientia intellectus esse debeat, illam conuersionis S. Pauli historiam in sensu morali sequendo, & huic materiae applicando. Postq; ergo Paulus cæl. struce percussus conuersus est & dixit, *Dominus quid me vis facere?* respondit ei Dominus, *regredere ciuitatē & ibi dicetur quid te oporteat facere.* Quod exponens S. Bernardus hoc eodem ait sine, & intentione, in religionem es ingressus, idque non sine alto & diuino quodam consilio quendam salutis tuæ comparandæ tibi timorem ac terrore Deus iniecit, ardens quoque maiestati eius seruiendi desiderium in corde tuo accendit, hoc denique sine tibi inspirauit, vt ciuitatem hanc, & hanc virtutis scholam ingrederis: ibi tibi dicetur, quid à te requirat Deus, quidque facere te oporteat, ut ei placeas. Paulus autem (vt in historiae serie pergamus) ciuitatem ingreduens, *aper-tis oculis nihil videbat: ad maius autem traheretur ab his qui comitabantur eum.* Hæc inquit Bernardus, *plene fratres, perfecta conuersio, & obedientia religio. forma est:* in hoc huius perfectio consistit, vt nimirum apertis oculis

Obedientia
holocaustum
perfectissimum.

Lib 5. c. 4.
vita.

Serm de
conuers.
Apost Pauli.

Abor. 9. 7.

Insignis S.
Berni Allegoria
pro obedientia.

Obedientia
verus apertis
oculis
nihil videt.